

#### IV. CONCILIVM PROVIN. COLONIEN.

tur necessitatem imponemus, literas suas nobis exhibendi visuris, num rite impetrauerint, ac recte impetratis vtantur. Et vt quammaxime robustæ sint dispensationes istæ, curabimus tamen, vt menti canonis, ac summi pontificis satisfiat: videlicet, ne animarum cura in his ecclesijs, personatibus, seu dignitatibus (quas sub hoc prætextu occupant) negligatur. Nec beneficia ipsa debitis obsequijs defraudentur.

In resignationibus ac permutationibus beneficiorum  
quæ cura adhibenda. Cap. XXXIII.

**P**ostremo, cū nobis haud clam sit, in resignationibus permutationibusque beneficiorum multa ancipitia periuria comitti ab his, qui frequenter subito ac non præmeditati, aut ipsi, aut per suos procuratores (id quod eiusdem reatus ac culpæ est) iureiurando, ante manus impositionem testantur. In huiusmodi resignationibus seu permutationibus nullam symoniæ labem, aut aliam illicitam interuenisse corruptelam, cū res crebro longe secus habeat, per quod illi graue in deum iram procul dubio prouocant. Maiori ergo cura diligentiorisque, quàm antehac fieri consueuit, peruestigatione præuia hæc iuramenta recipi cōuenit.

Præstat paucos esse bonos quàm multos inutiles sacerdotes. Ca. XXXV.

**Clemens** **E**t vt cum diuo Clemente hoc caput concludamus. Melius est episcopo paucos habere sacerdotes ac ecclesiæ ministros, qui possint digne opus dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant.

De visitatione ultimo loco dicendum. Cap. XXXVI.

**D**e visitatione (quæ est altera muneris nostri episcopalis pars) hic dicendum: si locus non fuerit importunus, Expedientius tamen erit, hanc partem in ultimam harum synodalium institutionum classem rejicere, quod illic tractetur commodius maiorisque cum fructu, nimirum traditis iam atque expositis regulis ad quas oporteat veluti ad amissimam quædam visitationem redigere, ordiri atque pagere.

#### DE OFFICIO PRIVATO AC PVBLICO,

vitæque ac moribus Clericorum generatim. Cap. I.

Hiero. ad  
Nepo.



Vi exacte volet cognoscere clericorum officium & vitam, is diuum Hieronymum ad Nepotianum, ac cæteros patres non minus eruditione quàm vitæ sanctimoniam claros (quod de hac re ex professo iustis voluminibus scripserunt) perlegat. Sat nobis in præsentiarum erit, carptim quædam delibare, ex quibus Clerici nostri summam deprehendant, quod longe lateque a recta semita declinauerint, subindeque erronei ipsi, tam periculose digressionis commoiti, pedem in viam mandatorum domini referant, Quod ab illis pietissimus simul ac iustissimus deus,